



Iohannes ex Zeyl Franconico oppido ad Moe-
 num annum sito oriundus, à pueris operam li-
 teris dedit, atque præclaram eruditionem na-
 ctus fuit. Is postea sese ad magnificentum Ebracum
 monasterium contulit, & Cysterensium mo-
 nachorum ordinem suscepit. Situm est mona-
 sterium illud in Ostrofrancis & Herbipolensi
 Diocœsi, quatuor miliaribus à Schuueinfordia,
 in ipsa ardua sylua, quæ uulgò Steygeruuald di-
 citur. Fundatum autem erat anno à nato Chri-
 sto millesimo centesimo uicesimo sexto, sub Im-
 peratore Lothario Saxone, & Episcopo Vuirz-
 burgense Embricone, à Bernone ac Richoui-

no militibus, & nobilibus fratribus de Eborauu, qui suum castrum latroci-
 nijs clarum in domum precationis conuerterunt. In eo loco omnium Her-
 bipolensium Episcoporum corda corporibus execta, quatuor equis honori-
 fico curru præpositis, auehi, & ibi in templi choro prope Dominici corporis
 ædiculam tumulari solent.